Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ac sexagesimus sextus. omne tempus uite p̄sentis
comp̄hendens. et diabolice fraudis nequitiam. et fina
lem seculi terminum ostendit.
Et uidi. et ecce agnus stabat supra mont̄ sy
on. et cum eo centum quadraginta quatuor
milia. habentes nomen eius. id est xp̄i. et nomen
patris eius. id ē dei patris. scriptū in frontib̄ suis.
Syon que interpretatur speculatio. eccl̄a est.
que bona futura incessabiliter contemplat̄.
et que etiam mala cauenda sint de
nuntiat. Mons syon. nihil ē aliud quā
ipsa syon. id ē eccl̄a. de qua psalmista
dicit. Mater syon dicet homo. et cetera.
Et alibi. Qui confidunt in dn̄o. sicut mons
syon. Agnus autem xp̄s est. de quo iohs dicit.
Ecce agnus dei. Agnus stabat supra mont̄ syon.
quia ipse xp̄s p̄sidet eccl̄e suę. Sed in hoc loco
finitus numerus ponitur p infinito. id ē centū
quatuor milia. p innumerabili electorū multi
tudine. Specialiter uero hic numerus eos signi
ficat. qui uirgines sunt mente et corpore. quia
multi sunt uirgines corpore ñ tamen mente.
Nam et ipsa uerba quib; dicuntur. centū qua
draginta quatuor milia. cum dn̄o uisa. non
carent misterio. Centenarius enim numerus
in diuina scriptura. sepe p̄fectus ostenditur.
Vnde ē. Terra bona fecit fructū centuplū.
Quod scilicet ad uirginalem p̄uenire p̄batur
p̄fectionē. Rursusq;. Homo quidā habuit cen